

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 756

**Auteur(s) :** Érembourg Florie, du Mesnil-Soret [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Raoul le Bouc, du Tréport [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1258, février

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente à Raoul le Bouc, du Tréport, par Érembourg, dite Florie, de tout ce qu'elle possède au Mesnil-Soret

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CXCIX, p. 223-224.

Texte établi d'après a

Sciant omnes, presentes et futuri, quod ego Eremborgis, dicta Florie de Mesnillo Soret, in viduitate et libera potestate mea, assensu et voluntate Osberti, dicti Florie, filii mei primogeniti et heredis, vendidi et concessi Radulfo le Bouc de Ulteriori Portu, pro novem libris turonensium quas inde pre manibus habui, omne illud quod habebam et habere poteram apud Mesnillum Soret, et masagium meum, cum omnibus pertinentiis dicto masagio pertinentibus, situm apud Mesnillum Soret juxta masuram Nicholai Dampierre, ex una parte, et juxta terram quam dictus Radulfus le Bouc tradidit ad censem dicto Nicholao Dampierre, ex altera, et aboutat ad vicum, ex uno sui termino, et ad campum Osberti Barberi, ex altero ; tenenda, habenda et jure hereditario in perpetuum possidenda omnia predicta et predictum masagium, cum omnibus pertinentiis, dicto Radulfo le Bouc et heredibus suis, de domino abbatte de Ulteriori Portu, domino dicti feodi, libere, quiete et pacifice, per quatuor solidos et quatuor denarios annui redditus monete currentis per comittatum Augi dicto abbati annuatim persolvendos, videlicet viginti sex denarios ad Natale Domini et totidem ad Penthecosten. Et ego, dicta Eremborgis, et ego, dictus Osbertus Florie, filius dictae Eremborgis, et heredes nostri, dicto Radulfo et heredibus suis omnia predicta et predictum masagium, cum omnibus pertinentiis, contra omnes tenemur garantizare, salvo tamen jure capitalium dominorum. Et quod hoc sit firmum et stabile imperpetuum, ego, dicta Eremborgis, et ego, dictus Osbertus, filius dictae Eremborgis, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Actum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo septimo, mense februario. Testibus hiis : domino Eustachio, tunc temporis capellano de Ulteriori Portu, Bartholomeo Poelin, clero, Michael Carnifice, tunc temporis scabino de Ulteriori Portu, Adam Carnifice, Ansello le Bouc et aliis.